

**Technical and Bibliographic Notes/Notes techniques et bibliographiques**


The Institute has attempted to obtain the best original copy available for filming. Features of this copy which may be bibliographically unique, which may alter any of the images in the reproduction, or which may significantly change the usual method of filming, are checked below.

L'Institut a microfilmé le meilleur exemplaire qu'il lui a été possible de se procurer. Les détails de cet exemplaire qui sont peut-être uniques du point de vue bibliographique, qui peuvent modifier une image reproduite, ou qui peuvent exiger une modification dans la méthode normale de filmage sont indiqués ci-dessous.

- |  |  |
|--|--|
| <input type="checkbox"/> Coloured covers/<br>Couverture de couleur   | <input type="checkbox"/> Coloured pages/<br>Pages de couleur   |
| <input type="checkbox"/> Covers damaged/<br>Couverture endommagée  | <input type="checkbox"/> Pages damaged/<br>Pages endommagées   |
| <input type="checkbox"/> Covers restored and/or laminated/<br>Couverture restaurée et/ou pelliculée  | <input type="checkbox"/> Pages restored and/or laminated/<br>Pages restaurées et/ou pelliculées  |
| <input type="checkbox"/> Cover title missing/<br>Le titre de couverture manque   | <input checked="" type="checkbox"/> Pages discoloured, stained or foxed/<br>Pages décolorées, tachetées ou piquées   |
| <input type="checkbox"/> Coloured maps/<br>Cartes géographiques en couleur   | <input type="checkbox"/> Pages detached/<br>Pages détachées  |
| <input type="checkbox"/> Coloured ink (i.e. other than blue or black)/<br>Encre de couleur (i.e. autre que bleue ou noire)   | <input type="checkbox"/> Showthrough/<br>Transparence  |
| <input type="checkbox"/> Coloured plates and/or illustrations/<br>Planches et/ou illustrations en couleur  | <input type="checkbox"/> Quality of print varies/<br>Qualité inégale de l'impression   |
| <input type="checkbox"/> Bound with other material/<br>Relié avec d'autres documents   | <input type="checkbox"/> Includes supplementary material/<br>Comprend du matériel supplémentaire   |
| <input type="checkbox"/> Tight binding may cause shadows or distortion<br>along interior margin/<br>La reliure serrée peut causer de l'ombre ou de la<br>distortion le long de la marge intérieure   | <input type="checkbox"/> Only edition available/<br>Seule édition disponible   |
| <input type="checkbox"/> Blank leaves added during restoration may<br>appear within the text. Whenever possible, these<br>have been omitted from filming/<br>Il se peut que certaines pages blanches ajoutées<br>lors d'une restauration apparaissent dans le texte,<br>mais, lorsque cela était possible, ces pages n'ont<br>pas été filmées. | <input type="checkbox"/> Pages wholly or partially obscured by errata<br>slips, tissues, etc., have been refilmed to<br>ensure the best possible image/<br>Les pages totalement ou partiellement<br>obscurcies par un feuillet d'errata, une pelure,<br>etc., ont été filmées à nouveau de façon à<br>obtenir la meilleure image possible. |
| <input type="checkbox"/> Additional comments: /<br>Commentaires supplémentaires:   |  |

This item is filmed at the reduction ratio checked below/  
Ce document est filmé au taux de réduction indiqué ci-dessous.

|                          |                          |                          |                                     |                          |                          |
|--------------------------|--------------------------|--------------------------|-------------------------------------|--------------------------|--------------------------|
| 10X                      | 14X                      | 18X                      | 22X                                 | 26X                      | 30X                      |
| <input type="checkbox"/> | <input type="checkbox"/> | <input type="checkbox"/> | <input checked="" type="checkbox"/> | <input type="checkbox"/> | <input type="checkbox"/> |
| 12X                      | 16X                      | 20X                      | 24X                                 | 28X                      | 32X                      |



# EPISTOLA

REV. P. GABRIELIS

*DREUILLETES,*

Societatis Jesu Presbyteri,

AD

*Dominum Illustrissimum, Dominum*  
*JOANNEM WINTROP, Scutarium.*



*Neo-Eboraci in insulâ Manhattan :*

*Typis Cramoisiânis JOANNIS - MARIE SHEA.*


M. DCCC. LXIV.

FC 320

D34

850

...



1657

## AVANT PROPOS.

**P** *ARMI* les quelques documents, que le gouvernement Canadien possède encore sous le nom d' " Archives des Jésuites," j'ai trouvé, il y a douze ans, un manuscrit ayant pour titre : " *Narré du Voyage fait pour la mission des Abnakiouis et des connoissances tiréz de la Nouvelle Angleterre et des dispositions des magistrats de cette Republique pour le secours contre les Iroquois, le tout par moi Gabriel Dreuillette de la Compagnie de Jésus.*"

Le père Dreuilletes, au commencement de janvier 1651 y dit : " *Quelcque temps apres jescrivis au Sieur Wintrop fils du feu Sieur*

*Wintrop cy devant gouverneur de Boston lequel est un des principaux Magistrats de la colonie de Kene-tigout fort bon amy a ce qu'on dict de François et Sauvages."*

*Heureusement cette lettre vient d'être trouvée parmi les archives de famille de Mr. Robert C. Winthrop, qui, cédant à mes désirs, me permet de la reproduire aujourd'hui sous le même format que le Narré, publié déjà par les soins de Mr. James Lenox.*

*Je me reprocherois de ne pas remercier Mr. Charles Deane qui me l'a procurée et Mr. Charles Folsom, qui a eu la bonté de la transcrire de l'original même et de corriger les épreuves.*

JEAN-MARIE SHEA.

New-York, Sept., 1864.



*Ad Dominū Illustrissimum  
Dominum Joannem Wintrop  
Scutarium*

*In Pequott River*

**E**XIMIE Vir, et mihi admodum  
obseruāde

Quoniam per altas iam hy-  
emis niues mihi non licuit, tuo  
frui conspectu, et coram tibi plu-  
ribus exponere, quantum speret  
a tuâ singulari benignitate, Il-  
lustrissimus qui me suū Lega-  
tum constituit ad omnes nouæ ves-

træ Angliæ magistratus, Gubernator nouæ Franciæ Cañadēsis, versus Kébecum ; Nunc per litteras me tibi sisto, ut te obsecrem et obtester per Genium illum sum̄æ erga omnes, sed præsertim erga nouam nostram Franciam humanitatis, quem fælucissimæ simul et apud omnes suauissimæ memoriæ Dominus Wintrop, in te, tanquam in suo ex asse hærede, superstitem reliquit, ne recuses Patrocinium tuū causæ quæ me in has oras adduxit --- Ea nempe est quam Pater tuus suauissimæ memoriæ per litteras, quas dedit, nomine Reip. vestræ, ad Dñum nostrum Gubernatorem in novâ Franciâ Kébecensi, inchouait ab anno 1647° ; et quam iamdiu perfecisset, nisi mors eum interceptisset, vt a multis viris grauibus accepi ; eo scili-



cet, opinor, consilio, a Deo opt. max. factum est, vt tibi deberemus fællicem exitum, eius causæ, cuius initium et primordia tuo nobis maximé observando. Parenti debebamus: Totam autem huiusmodi causam fusiùs postquam explicui coram Bostoniensi et Pleymðthenfi Governatore, votis omnibus expetebam meum iter profequi versus eam quam nūc incolis regionem, nec tam niues importunæ me prohibuerūt, quàm auctoritas plurium virorū grauiū, dissuadentium, quibus observantiam debeo, me revocarūt Pleymðtho Bostonem tantum mihi spei affulgebat ex tuâ erga Peregrinos quantūlibet Barbaros humanitate, vt mihi iam ab annis nouem inter Barbaros docendos in syluis procul ab Europæorum con-

spectu, versanti, nihil a meâ barbare metuendum videretur apud te, ---imò nihil non sperandum mihi videbam a tuâ omnibus notâ benignitate et singulari Pietatis ad Religionis affectu erga Saluagios Catechumenos Fidei et Professionis christianæ; quippe qui sint præ cæteris omnibus mortalibus Ovis illa Centesima Errans et derelicta in Deserto, quam vnâ relictis nonaginta novem, quærit sollicité, vt inuentam gaudens in humeros imponat Dominus Iesus Christus. Lucæ 15°. Sumo nimirum zelus qui flagrat erga eundem Dominum Iesum christum, eum quoque tenerrimo cordis affectu complecti necesse est illam ovem centesimam, in quâ vnâ videtur suas omnes delicias collocasse Pastor optimus Dñus Iesus: hic autem tuus tenerrimus

cordis affectus erga tuas, quia Christi Domini, delicias, Barbaros, scilicet, Catechumenos, me facile adducit ut credam, meum hoc per litteras quantuluncūq<sup>3</sup> grati animi t meæ in te fiducia testimonium, tuis oculis non ingrātū fore; quare patere, me tuum in quo spem pæne omnem, post Deum, positā esse censeo, Patrociniū implorare per litteras, in causā Domini Jesu Christi, seu in defensione Christianorū contra Moaghs, qui non tantūm Christianos Cannadenses versus Kebecū iamdiu persequitur et crudelissimé lento igne torquet in odium Fidei Christianæ, sed etiā meos Catechumenos akenebekenfes, qui ripas Fluvii Kenebec incolunt, sumā vult internecone

B

delere, quia Christianis Cannaden-  
sibus confœderati sunt multis ab-  
hinc annis. Eâ scilicet potissimū  
de causâ noster Illustrissimus Gu-  
bernator Kebecensis amplissimū  
Comercium et ingentem pro sump-  
tibus belli gratificationem me vobis  
offerre iussit nomine suo, vt a novâ  
Angliâ aliquot Auxiliares copias  
impetret ad defensionem, (quam  
iamdiu suscepit contra Moaghs)  
Christianorū, Cannadensium, et quam  
unâ simul ac eâdem operâ, in  
gratiam Akenebekenfium Cate-  
chumenorū, confœderatorū, qui  
sunt Populares Novæ Angliæ, et  
peculiares Coloniae Pleymðthenfis  
clientes, vult promouere pro suo  
erga Saluagios Christianos affectu.

Quare sperat vt quemadmodū  
Colonia vestra Kenetigðcensis in

gratiam fuorum clientum qui sunt in Fluuio Pecot, scilicet Mohighensiu, bello compefcuit nargansium ferociam, sic pari iure, Colonia Pleymøthenfis bellū suscipiat ex consensu Curiae quam vocant Comiffionariorū, contra Moaghs hostem crudeliffimū clientū fuorū Akenebekēfiū, simul et ipsis confœderatorū, Cannadensiu scilicet, Christianorum, Kebecū versus.

Hanc meam duplicem Legationem nomine scilicet Domini Gubernatoris in Nova Frāciâ Kebecensi et seorsim nomine Saluagiorum tum Christianorū tum Catechumenorū Akenebekenfiū, in compendium redactam, ex meâ barbarâ Latinitate in Linguam Anglicanam tranflatam, his meis

literis adiunget, opinor, vir mihi amiciffimus, cui eâ mente vnū ad te mittendū exemplar reliqui. Eam ob causam plura non addo, sed tuam obtestor benignitatem erga Barbaros et tuam erga Pauperes Domini Jesu Pietatem insignem, vt in vestrâ Curiâ Generali quæ solet haberi, vt audio, mense Junio, in Hartford totâ rem exponere fufius ac promouere ne dedigneris, apud vestros Magistratus, ac demùm fælitem totius rei exitū comendare velis, duobus vestræ Coloniae, quos vocât, commissarijs, dùm ibunt ad eum in quo habebitur Curia Commissariorū, locum ; interim vbicun³ terrarum me detineat Dominus Jesus qui me vocauit ad vitam et mortem

*Dom. Wintbrop.* 13

inter barbaros docendos agendam,  
tuæ vniuersæ Familiæ vivam et  
moriar, ac potissimum,

Vir Eximie

Tibi addictissimus in Domino  
Jesu, pro quo, quia pro fratribus  
ejus Barbaris Christianis,  
Legatione fungor.

GABRIEL DRUILLETES, S. J.  
*Presbyter Docens in Kenebek.*

*Ad Dominum Illus-*  
*trissimum*  
*Dominū Joannem*  
*Wintrop Scutarium*  
*In Pequott Riuer*



